



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

10 de Pœna Talionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

7. vnum & viginti trala, que infert excommunicatio, vt priuoc eum
 communione, *Claua an ver. excommunicati, ult. sacramentis, su-
 pra diximus, c. omnis, §. seq. 11. q. 3. iustitiam ecclesie, & dictum su-
 pra diuini officii, c. nihil, 11. q. 3. c. quicumque, 11. q. 3. ca. de commu-
 nione, §. seq. 24. q. 2. regno colorum, c. quod inter, de poen. & remis-
 sione, c. quodcumque, 24. q. 1. d. c. nihil, potestate adipiscendi bene-
 ficia, c. infamos, 6. q. 1. a quibus suspenditur, c. pastoralis, de appellat.
 & sacer. de sentent. excommunic. obsequio fidelitatis, c. veritatis, eod. c.
 nos sanctorum, §. c. seq. 15. q. 6. vita aeterna, c. nemo episcoporum, 11. q.
 3. quia & bona opera mortificat, c. si quis, 24. q. 3. c. quemadmodum,
 24. q. 7. & repellit a sepultura, c. sacris, de sent. excom. Omitto reli-
 qua, quae per singulas iuris, & criminum tractationes occurrunt
 postea. ¶ Ab f homine excommunicantur hac sententia pro iisdem
 criminibus declarando in sententiam excommunicationis
 canonis incidisse, vel alia ex causa proferendo: idque vel ab epis-
 copo, vel a praetatis aliis, vel iudicibus, qui hanc iurisdictionem
 habent iure vel consuetudine, c. per lectis, 25. dist. c. si in plebibus, 63.
 dist. c. 2. de offic. archid. c. reprehensibilis, de appella. c. cum in ecclesiis,
 de maior. & obed. ca. quanto, de offic. ord. Potest & excommunicare
 iudex ordinarius, & delegatus spiritualis, c. ex literis, §. c. seq. & c.
 ¶ prater ea, eo. ¶ Ceterum ¶ cum hanc excommunicationis poenam
 tam graua consequantur, operae pretium est obseruare excommuni-
 cationem, ne temere & leues ob causas eam exferat, sed ob graues,
 c. nemo episcoporum, 11. q. 3. & deliberato, sine impetu, & cum causae
 cognitione, c. si episcopus, can. seruatur, eo. monitione praecedente.
 c. si autem, de sentent. excommunic. in 6. c. si autem, eo. cum speci-
 ali, de appellat. cap. 1. de cobab. cleric. & mulier. ca. sacer. de sentent.
 excom. iuxta sententiam Euangelicam, eaque trina, c. Deu omni-
 potens, §. quando autem, 2. q. 1. c. indigno, 11. q. 2. alioquin sine moni-
 tione lata, est iniusta, & a qua excommunicatus facile vindicatur,
 c. sacer. de sent. excommunic. interp. in d. c. si autem. Iniusta dicitur
 propter ordinem non seruatum, c. seruatur, §. item sententia, 11. q. 3.
 Ante tamen hanc declarationem timenda, & seruanda, c. qui ius-
 tus, §. c. 1. 11. q. 3. c. solus, §. fin. de sentent. excommunic. in 6. ad exem-
 plum noui operis nuntiationis, cap. 1. de oper. nou. nuntiat. l. 1. & l.
 prator ait, §. ait prator, de oper. nou. nuntiat. in P. excipiuntur ibi casus
 a gl. Semper enim sententiam praetati exsequi oportet, nisi appella-
 tione, vel alio iuris remedio impediatur, c. cum ab ecclesiarum.*

10. ¶ praelatis, de officio ord. in. ¶ Sed ¶ secundo in excommunicatione
 iuste proferenda exigunt causam iura, c. 1. de sentent. excommuni-
 cum simit. paulo ante citatis, tanta poena dignam, vt diximus proxime.
 Ideo & causa inferenda in sententia excommunicationis,
 propter quam profertur, c. 1. §. quisquis de sentent. excommuni. in 6.
 Si enim iusta videatur, licet ea falsa sit, ligat & vincit, timendaque,
 c. sacro, de sentent. excommunicat. apud Gregor. ca. 1. §. 2. 11. q. 1. Sic
 & qui petit absolui, debet exprimere causam, propter quam fuit
 excommunicatus, ca. ex parte, de offic. ord. apud Gregorium. ¶ Sunt
 quippe causae, & casus, ob quos excommunicatio lata nulla dicitur
 iure, & in quibus facili negotio, ad cautelam & cautionem,
 etsi nulla sit, conceditur. 1. Si post appellationem legitimam ferat-
 ur, c. venerabilibus, §. porro, de sentent. excommuni. in 6. vide c. non solu-
 lum, eod. tit. apud Gregorium, c. per tuas, eod. 2. Si habeat intolerabili-
 lem errorem, d. c. venerabilibus, §. c. per tuas. 3. Si declaretur ex-
 communicatus participans non monitus, c. 3. §. final. de sentent. ex-
 communic. in 6. 4. Si a non iudice legitimo dicatur lata, c. cum o-
 lim, de privileg. c. 3. de consuet. 5. Vel a iudice excommunicato, ca.
 audiuiimus, 24. quest. 1. §. c. ex parte, eod. 6. Si delegatus contra de-
 legantis intentionem excommunicet, c. fin. de prebend. 7. Vel in-
 trusus, aut a iurisd. ctione suspensus, can. alienationes, 12. q. 2. 8. Si a
 violante interdum hominis feratur, cap. tanta, de excess. praelat. I-
 tem 9. in casu c. cum capella, & c. quanto, de priuileg. Et 10. in casu c.
 cum apostolus, de censib. & c. cum ad quorundam, de excess. praelat.
 Et 11. si qui profert sententiam, non intendit ligare, c. ex parte,
 in 1. de offic. ord. in gloss. in c. p. §. si de offic. deleg. vel qui excommuni-
 cationem postulat, nolit excommunicatum ligari, ca. bona memo-
 ria in 1. de postul. praelat. Et si feratur sub conditione, ante cuius ex-
 uentum moriatur excommunicatus, Panorm. in c. cum adhuc, de
 cleric. non resid. Sine effectu enim sententia nulla est. l. fina. de poen.

12. ¶ Tertio, ¶ legitima excommunicatio & iusta exigat, vt a iudice
 proferatur bono zelo, & studio corrigendi, cap. 1. de sentent. excom-
 municat. in 6. Nec vindictae propriae animo, vel ad iniurias priuati-
 tim inimico animo vindicandas, cap. inter querelas 23. questione 4.

13. ¶ Quarto ¶ loco debent adesse verborum conuenientes formu-
 lae, quae expriment consensum iudicis de praesenti excommuni-
 cantis: sicut & in celebrandis sponfalibus & nuptiis consideran-

tur, c. si inter virum, de sponfal. §. ca. i. de sponfal. duor. Postremo, ¶
 feratur in scriptis excommunicatio, exigitur, c. 1. §. 1. de sentent. ex-
 communic. in 6. c. legum, 2. quest. 1. c. nullus, in 2. quest. 4. l. de sentent. ex-
 breui. recit. vt possit apparere ceteris, qui excommunicati sunt, &
 denuntiatione seu proscriptioe facta vitentur, ca. cura, 11. q. 3. Si
 tamen sine scriptura feratur, valebit, & ligabit vtique. Ceterum
 qui eam protulerit, per mensam diuini officii & ingressa ecc-
 lesiae summo uocetur: & superior ad quem recurritur, ab soluendo
 condemnabit excommunicationem ad expensas, vel alia condigna
 animaduersione, c. 1. de sentent. excommuni. in 6. Quod & in inter-
 dicti, & suspensionis sententia obseruandum esse placuit, d. l. 2.
 1. ¶ Placuit ¶ feratur Parisiensis monitione ad finem reuelationis,
 bonorum inter coheredes, posse publicari nemine demto seu ex-
 cepto, ex senatus consulto 15. Maii 1538. & Aegid. Magister, in decisi.
 & tract. de appellat. c. 10. Quamuis olim solum fuisse excipere a
 monitione ligantibus, & cum clausula demta parte & consilio, pu-
 tantes aequum non esse exquirere probationes a domo aduocati-
 ri, l. qui accusare, C. de eden. Idipsum de testibus dicebant aduer-
 sarii, ne in periculum incidere: donec fuit constitutio edita, qua
 licet ligantibus postulare, vt iudex vtrique testes producat in-
 terroget secundum ius commune, l. vbi cunque, de interrog. ali. in
 P. Eaque est constitutio Francisci primi, anni 1539. Quod etiam ad
 alia, quam bona hereditatis postea prorogatum, vt contra omnes
 nemine excepto ad fines reuelationis possint monitiones ex-
 communicationis prauiue obtineri. Veritas enim omnia vincit,
 Eisdem q. nec contradicendum veritati, Ecclesiast. c. 4. D. Joan. c. 14.
 Hoc inter angusta principum nostrorum priuilegia annumerat-
 ur praecipuum, ex pontificum summorum decretis & auctoritatibus
 firmatum, ne grege piorum summo uoceri possent, vt Benedicti 12.
 c. meruit, de privileg. in extrauag. & Urbani 1. constat: ne eorum
 dictio subiciatur ecclesiastico interdicto. Quod tamen antea fa-
 cturatum fuisse legitimus, cum tempore Philippi Augusti totus eius
 dominatus interdictus fuit, Innoc. 3. in c. 1. de postul. praelat. c. noui,
 de offic. legat.

De poena Talionis. Cap. 10.

1. & 2. Talionis poena quid, & leges diuinae de ea, lexq. 12. tab.
 3. Talio num in desuetudinem abiit.
 4. Improbatio legitima a monacho.
 Repassionis lex improbat, eod.
 Rhadamantaeus lex repassionis, eod.

¶ Sexta poena ¶ a Deo, vel in legibus eius posita, est talio. Talio
 poena est, quae aequali modo patitur, quo quis nocuit, vt talio a
 relatione Talis ad Aequale deduci videatur, si iuris aequi. De ea
 in Exodo c. 11. in hac verba lex Dei tradit. Si rixati fuerint viri,
 & perculserit quis mulierem pregnantem, & abortiuum quidem fe-
 cerit, sed ipsa vixerit, subiacebit damno, quantum maritus eius expe-
 tuerit, & arbitri iudicauerint: sin autem mors eius fuerit, subsecuta,
 reddat animam pro anima, dentem pro dente, oculum pro oculo, man-
 um pro manu, pedem pro pede, adustionem pro adustione, uuln-
 us pro uulnere, liuorem pro liuore. Et rursum in Leuitico c. 24. Qui-
 rogauerit maculam oculi tibi civium, sicut fecit, sic fiet ei: fracturam
 pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente restituet. Et in Deu-
 teronomio 19. c. sex. different. ca. 23. q. 3. Non misereberis testis men-
 dacis, sed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente,
 manum pro manu, pedem pro pede exigis. Et ita statutum modum
 vltionis fuisse quoque in lege diuina antiquitus, legislator Euan-
 gelicus, qui hanc exrexit feueritatem, testatur Dominus nosse
 Iesus Christus, Matth. c. 5. Ad stipulantur & iura pontificia, ca. hec
 autem vita, 23. q. 4. c. quod debetur, 14. q. 1. cap. sex. different. 23. q. 3.
 Meminit & huius poenae D. Ioannes in Apocalypsi, cap. 13. Qui in
 gladio occiderit, oportet eum occidi gladio: qui in captiuitatem duxerit,
 oportet ut in captiuitatem vadat: hic est patientia & fides sancto-
 rum. In lege duodecim tabularum etiam talionis poena recepta,
 hac lege, Si membrum rumpi meum, e pacto talio esto. ¶ Quod ¶ ex-
 plicatur apud Aulum Gellium lib. 20. cap. 1. apud quem Caecilius,
 Nolo, inquit, ignores hanc quoque talionem ad estimationem iudicis
 redigi solitum necessario. Nam si reus, qui depacisci noluerat, iudici
 talionem imperanti non parebat, estimata lite, iudex hominem pec-
 unie damnabat. Aque ita sreo, & pacto grauis, & acerba talio
 visa fuerat, feneritas legis ad pecunia multam redibat. Sic etiam
 explicat Ricardus rex Wigothorum legem talionis, vt vel per
 flagellationem, vel per pecuniam seu estimationem iniuria a lege
 vel laeso factam talio pendatur, l. 3. de contumel. & vlnere, lib. 6.
 C. Wigothor. tit. 4. Patti modo explicat Iustinianus, in §. poena au-

tem iniuriarum, de iniur. Meminit istius legis & Cicero in Legibus, & D. Augustinus lib. 21. de civitate Dei, cap. 11. Sunt & causae iure civili expressae, in quibus similitudo supplicii rationem inducit: in illis qui falsis accusationibus innocentium vitam calumniantur, l. final. de accusat. lib. 9. C. 2. l. fin. de calumnia. eod. lib. C. 2. l. 6. & praeratiocantur, Lab Imperatore, de praeratiocant. in P. & in casibus tituli P. Quod quisque iuris. Et. Hodie tamen poenam illam similitudinis supplicii, consuetudine in desuetudinem abiisse, & secundum qualitatem & dignitatem personarum, & arbitrio iudicis esse statuendum tradant Albertus in l. final. de accusat. C. facis, §. poenam, de iniur. Felinus in cap. inquisitionis, nu. 9. de accusat. apud Gregorium Baldus in addit. ad Speculat. tit. de consuept. libell. verfic. de consuetu. Speculator tit. de accusat. §. 1. in verfic. nec mirum, & Bartolus in l. libellorum, §. siens subserbere, de accusat. Nam & iura eo declinare expresse videntur fere in omnibus, & paucis admodum exclusis, ut peritantes criminis, personarum, & rerum, poenas vel augent vel minuunt, ut a principio istius tractationis ostendimus, per l. Pedius, de incendio. Et namque cum similib. Imo & iure civili, l. 3. ad senatusconsultum Turpillian. P. & pontificio, quod debetur, r. 4. quaestione 1. c. 1. §. 2. de calumniator. alia poena, quam similitudo supplicii, calumnia acribus imposita reperitur. Apud tamen Thurius etiam lex Chauri, de alia lege emendata erat, Si quis cui oculus eruerit, oculum reo pariter eruit. Emendata autem, quia monoculus conquectus, quod sibi eruto vno oculo solo tantum quo videbat, vno reo erutus, & sic non iusta esset poena, ut auctor Diodorus Siculus lib. 12. Aristoteles quoque §. Ethic. ad Nicomach. c. 5. hanc repassioem nude, & ad literam intellectam improbat, et si Pythagorici & Rhadamanthi iudicio, quidam contrarium probarent. Sic enim scribit, *ὅτι δὲ τὰ κατὰ τὸ ἀπαιτεῖσθαι τὸ ἀπὸ τοῦ δικαίου ἀπαιτεῖσθαι, ἀλλὰ τὸ δὲ ἀπαιτεῖσθαι οὐκ ἐπιτρεχέται, οὐτὲ ἐπὶ τὸ νόμιμον, οὐτὲ ἐπὶ τὸ πολιτικόν. πολιτικὸν δὲ λέγεται τὸ κοινόν, τὸ δὲ ἀπαιτεῖσθαι οὐκ ἐπιτρεχέται, ὅτι ἐπὶ τὸ δίκαιον, καὶ τὸ ἀπαιτεῖσθαι οὐκ ἐπιτρεχέται, οὐτὲ ἐπὶ τὸ δίκαιον, καὶ τὸ βέλους γὰρ τὸ λέγειν, καὶ τὸ παθεῖν, οὐκ ἐπιτρεχέται.*

Id est, Videtur nonnullus, & ipsa repassio esse iustum simpliciter, sicuti dixerunt Pythagorici: qui quidem simpliciter delinquentes, iustam esse repassioem voluerunt. Veruntamen repassio neque ad legitimam, neque ad politicam accommodari potest: dico autem politicam communem. Et ita repassio nec accommodari poterit, ad distributum iustum, nec ad emendatum: nisi velint. Et hoc dicit iustum Rhadamantheum.

Siquaedam fecerit, hoc & patiatur ipse. Iudicium fuerit porrectum, atq. exitus aequus, &c. Ceteram & lex duodecim tabularum, & diuina, & Pythagorea, & Rhadamanthina, repassioem non intelligunt, ut Aristoteles, sed repassioem, hoc est, poenam aequalem, id est, condignam criminis, secundum proportionem Geometricam, non Arithmetica. Sic enim supplicia dicuntur aequalia peccati, si legitimam habent delicti & personarum considerationem. Et id innuere Moses videtur, Pro mensura peccati erit & plagarum modus, Deuter. c. 25. Sic in iure pontificio, ca. ex literis, de consuetu. commenturanda poena delicti, ut & in iure civili, l. respiciendum de pen. P. not. Bar. in l. scriptum 6. de his quibus ut indign. lib. 3. p. 1. Et Horatius lib. 1. serm. Satyr. 3.

Regula peccatis, quae poenas irroget aequas, Nec sententia dignum, horribilis sceleris flagello. De verberibus. CAP. II.

- 1 Verberum poena iure diuino inflata.
- 2 Verber quid.
- 3 Verberum poena quae, & quatenus permittitur iudicibus ecclesiasticis.
- 4 Gymnasia Spartiatarum quid.
- 5 Verberibus ut quis interimitur prohibetur damnatio.
- 6 Verberum 3 species.
- 7 Fustium admonitio quid.
- 8 Fustium ictus quando infamet.
- 9 Fustium ictus maior poena, quam pecuniaria. Poena corporalis subrogata in locum pecuniariae famosa, demis infamiam, eod.
- 10 Fustiarum in militia poena grauior, quam in aliis non militibus causis.

- Et pro quibus inflatum.
- 11 Flagellorum poena quae, & quibus instrumentis inferatur.
 - 12 Ferule castigationes impuberum.
 - 13 Fasces librorum Romanorum.
 - 14 Virgarum amouendarum a latere seu dorso civium Romanorum lex Porcia.
 - Valeria lex de civibus Romanis, eod.
 - 15 Vitibus verberati civis Romani in militia.
 - 16 Mastiges & lora quid.
 - 17 Scutica, & Scorpiones quid.

Exta tamen poena, quae iure diuino inflatur, verberum est. Sic enim scriptum in eo, Deuter. 25. Iudicium impium condemnabit impietatis: sed autem eum qui peccauit, dignum videtur, plagis, proferent, & coram se facient verberari. Pro mensura peccati erit & plagarum modus. Ita dicitur, ut quadragenarium numerum non excedant, ne sede laceraui ante oculos perat. frater tuus. Et Psalm. 88. Si dereliquerint, inquit Deus, filii mei legem meam, & in iudiciis meis non ambulauerint: si iustitias meas prophauerint, & mandata mea non custodierint. visitabo in virga iniquitatem eorum, & in verberibus peccata eorum.

Verber tamen dicitur & instrumentum, quo quis caeditur, & plaga ex eo inflata. Estque veluti virga longa exilis. Quare & eo nomine continentur virga, baculus, fustis, lora, flagellum, ferula, arundo, & his similia, Laur. Vall. lib. 6. Eleg. c. 47. Atque in iure omni verberatio, percussio, siue plaga cum libet inflata, vel afflicto, verberatio dicitur, & contra. Vnde percussio corporalis & spiritualis, passio quaedam ad castigationem dicitur inflata, c. 1. de cler. agrot. c. cum beatus 45. dist. 1. Proverb. 13. ca. cum percussio, 7. q. 1. §. si magister, ad leg. Aquil. Hae tamen poena verberum in foro ecclesiastico inflatur quandoque licite, ca. in archiepiscopat. de raptor. c. fraternitas, 12. q. 2. c. illi qui iuncta gl. in ver. religiosus, 5. q. 5. dummodo iudices caueant a duobus: primum, ne verbera linguam fundant, & his a quibus, & ibi gl. in verb. precipiant, 23. q. 8. & 2. ne verbera inferant clericis per laicos. Etenim iudices, per laicos etiam discipline causa clericos iubetes verberari, excommunicati sunt, c. vniuersi status, de sent. excommunic. Nec potest etiam episcopus sua manu delinquentem verberare, ca. non liceat, 86. dist. 1. Solent autem verberari adhiberi, de quorum emendatione speratur, non secus quam apud parentes & dominos hoc genus poena ad emendationem familiare est, c. circumcelliones, 23. q. 5. c. cum beatus Paulus, §. seq. 4. dist. 1. c. d. splicet, 23. q. 4. Claud. l. aut facta, 16. §. causa de pen. in P. l. 1. C. de emend. propinq. Adhibentur & in foro poenitentiali verbera quandoque, quae poenitentia voluntate propria exsequitur, iuxta illud D. Pauli, Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, &c. 1. ad Corinth. 9. Erat tamen & gymnasia, gymnopadia festina apud Spartiatas, teste Hesychio, in quo adolecentes aram circumstantes Amyclis, terga lotis mutuis verberibus caedebant, ut quidam dicebant. Quod firmat Philost. lib. 6. de vita Apollonis, atq. hoc modo & Dianam Scythiam a Scytis & Spartiatis cultam putat, ex dictis Apollonii Tyanici. Poena tamen haec verberum, ad mortem etiam iure civili portigenda non est: nec ea poena quidem Vlpian. damnari aliquem oportere respondit, ut verberibus necetur, vel virgis interimitur, Vlp. in l. aut damnatum, §. h. h. de pen. in P. Quia ad castigationem inducta. Turris civis Romanorum etiam nomotheta inter poenas coercitionis corporalis, fustium poenitentia admonitiones, & flagellorum castigationes, auctore Callistrato, & vincalorum verberationes, in l. veluti fustium, 7. eo. Quibus verbis, verberandi tres modos exprimit Fustium tamen admonitio forsitan est, quod Gall. dicit, bastonades, fustuarium. Et fustuarium erit, donneur de bastonades. Vocat Cicero 3. Philip. hanc poenam & fustuarium, Nam, inquit si Antonius consul, fustuarium meruerunt legiones, quae eum reliquerunt. Vocat Polybius ἔυλοκοπίας. Ictus tamen fustium per se non infamat, sed causa, ob quam poena haec inflatur, si infamiam habet notat, l. nullam, 14. ex quib. cau. infam. irrog. lib. 2. C. 2. l. 14. Marcel. l. istius fustium, 22. de iis qui nos. inf. lib. 3. P. 1. §. l. in seruorum, 10. §. si de po. in P. Quamobrem & per poenam, dicitur infamia sequitur, sicut placuit Gordiano Caesari, l. fustibus, 16. §. l. verbum precib. 17. ex quib. cau. infam. irrog. C. additur causa iudicibus fustium, & hoc dicitur, id est, calumniatus est. Verum tamen est, fustium ictum grauiorem esse poenam, quam pecuniariam damnationem, Marc. l. in seruorum, 10. §. fin. de pen. P. Ceterum si corporalis haec, vel alia pecuniaria ob inopiam damnari imponatur, non infamare placuit: licet actio sit famosa, dist. l. in seruorum §. final. §. l. quod ergo, §. poena grauior, de iis qui notantur infamia. in P. Nam grauior poena

